VSVM PAROEMIAE IVRIS GERMANICI
Der Letzte thut die Thür zu
IN
SVCCESSIONE CONIVGVM

DEMONSTRAT

SIMVLQVE

PRAELECTIONES IVRIS GERMANICI

PER SEMESTRE HIBERNVM

HABENDAS

STVDIOSAE IVVENTVTI

IN

REGIA FRIDERICIANA

INDICIT

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE

IC. POTENTISS. PRVSS. REGI A CONSILIIS AVLICIS

ET PROFESSOR IVRIS ORDINARIVS.

Biblioteca Naz. Napoli

HALAE MAGDEBVRGICAE

LITTERIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII.

Digitized by Google

* * * *

§. I.

Arctiſſima apud Germanos coniugum ſocietas bonorumque fuit communio, indeque veroſimile, ſuperſtitem eorundem partem accepiſſe.

ARctiſſimam coniugum ſocietatem viſam fuiſſe veteribus Germanis ex eo intelligitur, quod ipſis incipientis matrimonii auſpiciis admonuerint vxorem, venire ſe laborum periculorumque ſociam, idem in pace, idem in prœlio paſſuram auſuramque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciarunt *(a)*. Erat igitur vna coniugum domus, vſusque indiuiduus rerum labore fortunæque beneficio adquiſitarum. Non tamen liquet, quem effectum produxerit bonorum communio poſt mortem alterutrius coniugis. Heredes enim ſucceſſoresque ſui cuique liberi & nullum teſtamentum. Si liberi non erant, proximus gradus in poſſeſſione fratres, patrui, auunculi *(b)*. Nihil memoriæ proditum eſt de ſucceſſione coniugum. Licet vero ſit ſimile, laborum omnium fortunarumque ſocios partem accepiſſe bonorum communi induſtria adquiſitorum. Saltem de Gallis locuples eſt teſtis CAESAR *(c)* *Omnis pecuniæ*, inquiens, ***coniunctim ratio habetur fructusque ſeruantur. Vter eorum vita ſuperarit ad eum pars vtriusque cum fructibus ſuperiorum temporum peruenit.*** Procul dubio moribus iisdem vixerunt Germani *(d)* bonaque collata & communi labore adquiſita æqua lance diuiſerunt inter ſuperſtitem & defuncti coniugis heredes.

Fuerunt tamen populi qui vel ignorarunt hanc communionem, vel migrarunt priſcos mores.

§. II. Tametſi itaque vix dubitandum ſit, per vniuerſam pæne Germaniam viguiſſe bonorum communionem inter coniuges, tamen certum euictumque eſt, multos populos aliis vixiſſe inſtitutis & vel ignoraſſe bonorum communionem, vel migraſſe priſcos mores. Præclare enim obſeruauit b. m. HEINECCIVS *(e)* in legibus Alamannorum *(f)*, Baiuuariorum *(g)*, Burgundionum *(h)*, Angliorum, Friſionum *(i)*, Langobardorum *(k)*, nullum reperiri huius communionis veſtigium. Sed tenaciores priſci moris Wiſigothi *(l)*, Franci *(m)*, Weſtphali *(n)*, vſum bonorum communionis retinuerunt.

§. III.

(a) TACITVS *de M. G. Cap. XVIII.* (b) TAC. *l. c. C. XX.* (c) *de B. G. L. VI. C. 19.* (d) Ex STRABONE enim *L. IV. p. 299.* obſeruauit b. m. HEINECCIVS *Elem. Iuris Germ. Proœm. §. I. n.* *. Germanos Gallosque & natura, & moribus vitæque inſtitutis inuicem fuiſſe ſimillimos. (e) *l. c. §. CCLXXIII.* (f) *Tit. LV.* vbi vxori ſuperſtiti & nuptias iteranti

§. III. Sed euenit tandem, vt pæne omibus Germaniæ populis arriſerit bonorum communio & apud eos etiam obtinere cœperit, qui antea illius vſum ignorarunt. Inde in Iure Prouinciali Saxonico *(o)* dicitur: *Mann vnd Weib haben nicht gezweyet Gut zu ihrem Leibe (p).* Cum quo conſpirat Ius Sueuicum *(q)*: *Mann vnd Weib mögen nicht gehaben gut gezwayet. Stirbt einer Frauen ihr Mann, ſie bleibet in des Mannes Gut ungetheilet mit ihren Kindern.* Idemque migra-

Factum tamen poſteriori tempore, vt apud pleroſque in vſu eſſe cœperit.

A 2

ti permittitur, vt auferat dotem legitimam & quicquid parentes eius legitime placitauerint & quicquid de ſede paterna adtulit, quod non manducauit aut vendidit. Cum autem lex loquatur de marito qui ſine liberis deceſſit & concedat viduæ ſua auferendi licentiam ſi de illa hereditate exire aliique nubere velit conſequi videtur, vt, ſi ſeruauerit viduitatis votum, non neceſſe habuerit exire de illa hereditate, ſed gauiſa fuerit eiusdem vſufructu. *(g) T. XIV. C. V.* Relinqui voluerunt viduæ in viduitate permanenti portionem virilem iure vſufructuario poſſidendam. *(h) T. LXXIV* ſancitum fuit, vt ſi mulier defuncto ſine filiis marito ſuo ad ſecundas nuptias non tranſiiſſet, tertiam hereditatis eius vsque in diem vitæ ſuæ propriis vtilitatibus vindicaret, modo patris aut matris non habuerit facultatem, aut ei maritus aliquam, in qua viuere poſſit, ſucceſſionis ſuæ non donauerit quantitatem. Eamdem conſecuta fuit hereditatis partem, ſi maritus vnum reliquit filium, duobus vero, tribus aut pluribus relictis quartam accepit portionem, quam tamen poſt obitum eius ad filios ipſius placuit remeate. *(i)* In horum legibus altum ſilentium de coniugum ſucceſſione. *(k)* Permittitur Langobardorum legibus, vt maritus conſtituere poſſit vxori morgengabam, vt tamen non ſit amplius, niſi quarta pars de eius ſubſtantia. Et hanc lucratur vidua poſt mortem mariti. LVITPR. *LL. L. II. C. 1.* ROTH. *LL. C. CLXXXII.* *(l) L. IV T 2. §. 16.* *(m) T. XXXVII. §. 2. Capitul. L. IV. C. 9.* *(n) Lex Saxonum T. VIII.* De eo, quod vir & mulier ſimul conquiſiuerint mulier mediam portionem accipiat. Hoc apud Weſtphalos. Apud Oſtphalaos & Angrarios nihil accipiat, ſed contenta ſit dote ſua. *(o) L. I. art. 31.* *(p)* Putat quidem HEINECCIVS *l. c. §. CCLXXIV. n.** nullo ſenſu legi *zu ihrem Leibe* fuiſſeque in veteri exemplari Saxonico *zu öhren Live*, *Live* vero non eſſe *der Leib*, ſed *das Leben*. Verum enim vero nihil mutandum eſſe exiſtimo. *Nam zu ihren Leibe* ſignificat, bona eſſe communia, quamdiu viuunt coniuges. Inde etiam dotalitium nomine *des Leibgedinges* vel *Leibzucht* venit, cum viduæ detur ad vitam eiusque demum morte exſpiret. *(q) C. XXXIV & XXXXVI*

Digitized by Google

migrauit in Ius Lubecenſe *(r)*. Fecit igitur concentus horum iurium, vt pleraque ciuitatum ſtatuta *(ſ)* hanc bonorum communionem probauerint. Fuit autem vel vniuerſalis omnium bonorum, quorum alienatio permiſſa coniugibus *(t)*, vel particularis, eorum nimirum, quæ conſtante matrimonio adquiſita & *adquaeſtus coniugalis* nomine venerunt *(u)*.

Inde ſuperſtiti vel bonorum vſumfructum vel pſam proprietatem reliquerunt.

§. IV. Fecit hæc bonorum communio ſocietasque coniugalis, vt coniux ſuperſtes vel vſumfructum ad dies vitæ retineret, vel, liberis deficientibus, ipſam proprietatem pleno iure adquireret. Hinc etiam vetuſtis moribus quorumdam locorum inualuit, vt in ipſo benedictionis actu ſponſus aræ imponat pileum eique ſponſa velum adponat, ad ſignificandam hoc ritu hisque ſymbolis reciprocam ſucceſſionem. Nata inde parœmia: *Hutb bey Schleyer*, *Schleyer bey Hutb (x)*. Eumdem ſignificatum habent prouerbia: *Leib an Leib, Gut an Gut (y); längſt Leib, längſt Gut.* Licet autem HERTIVS *(z)* in ea ſit ſententia, ſuperſtitem coniugem ſaltem vſufructu bonorum gaudere ſicque diutius corpore ſuperſtitem, diutius frui bonis

(r) L. I. T. 5. art. 6. L. II. T. 2. art. 26. 28. 30. *(ſ)* Quæ collegerunt Dn. BOEHMER *diſſ. de Aeris alieni inter coniuges Hamburgenſes communione §. XIII.* B. HEINECCIVS *l. c. §. CCLXXV. ſeq.* *(t)* Triplicia fuiſſe apud Germanos bona notum eſt. Ex munere regum, allode parentum & comparatu ſeu proprio attractu, *Lehn, Erbe und Eigen.* STRVVIVS *Iurispr. Feud. C. I. § 6.* Cum itaque bona hereditaria ſine heredum conſenſu alienari non poſſent, conſequens erat, vt non pleno iure & quoad proprietatem, ſed tantum quoad commoda & emolumenta communia fuerint conſtante matrimonio. Dn. BOEHM. *diſſ. de ſtatu donat. inter vir. & vxor.* § *XXXIV. & de Aeris alieni inter coniuges Hamburgenſes communione* §. *XI. & XII.* *(u)* Hinc in vetuſtis chartis bona hereditaria ab adquiſitis ſollicite diſcernuntur. Sic apud MARCVLFVM *L. II. C. 7.* occurrit formula: *Vndecunque tam de hereditate parentum, quam de comparato & quod pariter laborauimus* Et apud SCHANNATVM *Tradit. Fuldenſ. N. XX. Quantum nobis genitores noſtri dimiſerunt & nos ipſi conlaborati ſumus.* *(x)* HEINECCIVS *l. c.* §. *CCXXX*, WERNERVS *de Pactis dotalibus Hutb bey Schleyer, Schleyer bey Hutb* qui §. X. ſibi a viris fide dignis relatum eſſe teſtatur, ante annos non ita multos hunc ritum obſeruatum fuiſſe in quibusdam Haſſiæ inferioris pagis nominatim *auf den Hayn.* *(y)* HERTIVS *L. I. Par. 69.* *(z) l. c. Par. 68.*

Digitized by Google

bonis *(a)*; tamen certum euictumque eſt, ipſa hac parœmia ſignificare voluiſſe Germanos, proprietatem bonorum, liberis maxime non exiſtentibus *(b)*, manere penes coniugem ſuperſtitem *(c)*.

§. V. Quo iure etiam in multis locis vtuntur. Sic in comitatu Hoiano & Diepholdano, niſi aliud pactis dotalibus cautum, coniuges ad mutuam ſucceſſionem vocantur, excluſis non tantum fratribus & ſororibus, ſed ipſis etiam adſcendentibus defuncti coniugis *(d)* Eadem conſuetudo viget in multis ciuitatibus Brunſuicenſibus & Luneburgicis. Saltem id de Hamelenſibus & Eimbeccenſibus teſta-

In multis locis adhuc hodie, liberis deficientibus, ſuperſtes coniux omnia bona retinet, excluſis defuncti conſanguineis indeque nata parœmia *der Letzte thue die Thür zu.*

(a) Adducit hoc fine ex RIBENIO *P. III. de Tut. fem. m. 5. §. 6.* teſtimonium conſiſtorii & ſenatus Neoburgenſis ad Viſ:rgim. Laudat etiam ſtatuta Louanienſia, Colonienſia, Serueſtana & Mindenſia. *(b)* Nullum eſt dubium, quin inualuerit quibusdam locis conſuetudo, vt coniux ſuperſtes omnium bonorum adq:iſiuerit proprietatem exiſtentibus licet liberis. Diſcimus enim ex *Ord. Prou Anhaltina T. XLV. Daſs in denen Fürſtl. Anhaltiſchen Landen viel wiedrige Gewohnheiten ſich enthalten und die Frauen, die übergeblieben, an* etlichen Orten *die* Guter alle, *an etlichen die* Helffte *genommen, wie* viel Kinder vorhanden *geweſen.* Sic Miſniæ obtinuit *eine vermeinentliche Ubung, oder eine Willkör des Mutter-Theils halben, nemlich daſs wann ſich eine Wittwe, dye von furigen Manne adder auch ſuſt Güter gehabt, adder auch wann ſie yr in ſtehender Ehe zu gefallen, der letzte Mann, bey dem ſie verſtorben, alle dieſelbigen Güter für ſich behalten und den Kyndern* erſter, *adder* ander Ehe, *auch mit dem letzten Manne erzeucht, gar nichts heraus geben oder reichen ſolle.* Sed hunc morem hocque ſtatutum ceu iniquum ſuſtulit Dux Saxoniæ GEORGIVS anno cIɔIɔxvııı ſanxitque *daſs ein Mann von ſeiner verſtorbenen Frauen fahrenden oder liegenden Gütern den halben Theil haben, die andere Helffte aber an ihre Kinder und wenn ſie keine hat, an ihre nachſte Freunde, nach rechtlicher Ordnung und Sipzall fallen und kommen ſoll.* PERILL. DN. CANCELLARIVS a LVDEWIG *Reliq. MStorum T. X. L. II. n. 54 p. 273* *(c)* Quod iam vidit V. C. G. MASCOVIVS *Proluſ. de Par. Iuris Germ. Langſt Leib, Langſt Gut. p. 3.* Concinit *Dn.* BOEHMER *cit. diſſ. §. XVIII. p. 30.* *(d) Ill.* STRVBEN *de Iure Villicorum C. VIII. § 6.* MASCOVIVS *l. c.* Qui etiam ad leges Longobardicas *L. II. T 4. §. 5.* prouocat, quibus cautum fuit: *Quicunque ex quacunque natione legitimam vxorem acceperit, ſi eam mori conti-*

Digitized by Google

tur MASCOVIVS *(e)*, de Oſterodenſibus STRYCKIVS *(f)*. Cellenſium quoque ſtatutis *(g)* ſancitum eſt: *Verſtürbe aber einer ohne Teſtament und Eheſtifftung und ließ ſeine Haußfrau und keine Kinder hinter ſich, ſo ſollen der Witwen die Güter bleiben, und hinwieder in gleichen Falle, ſo die Frau ſtürbe, ſollen die Güter bey dem Manne bleiben.* Natum inde antiquiſſimis temporibus in terris Brunſuicenſibus prouerbium: *Der Letzte thut die Tür zu.* Quo ipſo ſignificare voluerunt, non ſolum vnam fuiſſe coniugum domum vſumque rerum omnium indiuiduum, ſed etiam alterutro defuncto proprietatem omnium bonorum manere penes ſuperſtitem eiusque ſolius eſſe domum, antea communem. Plane pleneque conſpirat hæc parœmia cum altera, quam ſupra *(h)* laudauimus, *längſt Leib, längſt Gut.* Ad eamdem prouocarunt ſereniſſimi principes RVDOLPHVS AVGVSTVS & ANTONIVS VLRICVS, quorum conſtitutione die XXV Auguſti anno cIↄ Iↄc LXXXIX ius non ſcriptum conuerſum fuit in ſcriptum in ducatu Guelpherbytano *(i)*.

§. VI.

contigerit ſine filiis amborum, vir uxori ſuæ ſuccedat & omnia bona ſua percipiat. Fuiſſe Longobardos originis germanicæ dubitandum non eſt. Quod autem ab hac gente potiſſimum repetenda ſit parœmiæ origo mihi perſuadere non poſſum, cum pœne vniuerſalibus Germanorum moribus obtinuerit, vt omnis ſubſtantia relinquatur coniugi ſuperſtiti. Quæ igitur aliis gentibus Germanicæ originis placuerunt, eadem legibus ſanxerunt Longobardi. *(e)* Qui etiam obſeruat, Belgas vti parœmia contraria *de Dode leyt den Levende op Stroo* indicantes coniugem ſuperſtitem etiam lectulo torali priuari a defuncti heredibus, & licet alicubi obtineat parœmia *de Dode leyt den Levende nit op Stroo*, tamen ſuperſtitem nihil accipere præter lectum inſtructum. *(f)* De *S. A. I. Diſſ. IV. C. III.* §. *18.* vbi idem de comitatu Schaumburgico obſeruat. *(g) T. XVI* *(h)* §. *IV.* *(i)* Integra conſtitutio hæc eſt: *Von GOttes Gnaden wir Rudolph Auguſt und Anton Ulrich Gebrüdere Hertzoge zu Braunſchweig und Lüneburg &c. uhrkunden und fügen hiemit iedermanniglich zu wiſſen: Ob wohl in hieſigen Unſere Fürſtenthume Braunſchweig Wolffenbüttel vermöge einer von* undencklichen Iahren, *mit Zulaſſung Unſerer Hochſel. Vorfahren Chriſtmildeſten Andenckens, hergebrachten Gewohnheit in* caſibus ſucceſſionis coniugum *es iederzeit dergeſtalt obſerviret worden, daß wenn ein Ehe-Gatte, ohne verlaſſung einiger Er-*

ben

Digitized by Google

§. VI. Moribus marchicis in pleriſque ciuitatibus ſicuti bo- Moribus
norum

ben in Auf- oder abſteigender Linie, auch ohne Errichtung zu Recht beſtändiger Ehe-Packten, oder letzten Willens Verordnung verſtorben, ſodann der Uberlebende, den bekanten Sprichwort nach, die Thür zu gethan und ſich des Abgelebten ſæmtlichen Nachlaſſes, mit excluſion derer ſeitwerts vorhandenen Erben eigenthümlich angenommen, geſtalt dann nach ſolcher Gewohnheit nicht allein bey unſern Aemtern, Stadten und Gerichten, ſondern auch bey unſerer Cantzeley und Hofgerichte, wann dergleichen caſus zur contradiction gedieben und rechtlich entſchieden werden müſſen, offtmahls geſprochen und dieſelbe durch viele præiudicia behauptet worden. Nachdem iedoch Wir in Erfahrung bracht, daſs einige conſulenten und Sachwalter bishero ſich unterſtanden, die Univerſalitat dieſer Gewohnheit und ob dieſelbe nebſt andere unſere Unterthanen, auch unſere höhere, mitlere und geringe Bediente *) mit begriffe, in Zweifel zu ziecen und dadurch ein und andere beſchwehrliche und koſtbahre Proceſſe zu veranlaſſen, und wir dahero zu verhütung dergl. Rechtfertigung diehniſam, auch Unſern Unterthanen erſprieſslich ermeſſen, über ſolche Gewohnheit Unſere Landesfürſtliche Approbation und Beſtatigung öffentlich ergehen zu laſſen; So declariren wir demnach mehr erwehnte conſuetudinem und Gewohnheit für ein ohngezweiffentlich Geſetze in puncto ſucceſſionis coniugum und conſtituiren mittelſt Unſerer Landesfürſtl. Macht und Gewalt hiemit und Krafft dieſes, daſs wenn in hieſigen Unſern Fürſtenthum Braunſchweig Wolffenbüttel es ſey in welcher Stadt, Amt, Gerichts-Flecken und dorff es wolle, zwey Ehe-Leute durch den zeitlichen Todt von einander getrennet werden und die erſt ſterbende weder in aſcendenti, noch deſcendenti Linea einige Erben, noch ein zu Recht beſtandiges Teſtament und lezte Willens diſpoſition noch einige pacta dotalia hinterlaſſen, oder ſonſten durch andere zu Recht beſtandige actus inter viuos von dem Seinen diſponiret, alsdenn der letztlebende Ehe-Gatte, er ſey Mann oder Frau, dem andern verſtorbenen, ohne iemandes Hinderung und mit excluſion derer ſich etwann ſonſt anmeldenden collateral Verwandten, ſie ſeyen ſo nahe als ſie wollen, völlig Erben, folglich dem bisherigen alten Sprichwort nach, der letate die Thür zu thun und desfalls von ietztgemeldten collateral Verwandten allerdings ohnangefochten bleiben und gelaſſen und dieſerwegen ſo wenig ietzo als künfftig zwiſchen Unſerer Fürſtl. Hof-Cantzeley-Krieges und andere Bediente, ſie mögen ſeyn wes Standes ſie wollen, noch auch zwiſchen übrige
Unſere

*) Inde in comitatu Hoienſi hanc conſuetudinem ad officiales principis extendi noluerunt. Quod patet ex atteſtato apud Dn. STRUBEN, l. c. p. 311.

marchicis receptæ fuit laudata parœmia ſpeciatimque confirmata Saltzvvedelenſibus.

norum communionem *(k)*, ita vſum laudatæ parœmiæ viguiſſe ex eo facile eſt ad intelligendum, quod ſereniſſimus Elector IOACHIMVS in conſtitutione de ſucceſſionibus anno cIↄ Iↄ XXVII lata *(l)* de varietate iurium damnisque inde venientibus *aus Unſchicklichkeit der vielen Recht* conqueſtus fuerit & tamen anno eodem Saltzwedelenſibus vſum parœmiæ noſtræ ſingulari priuilegio confirmauerit his verbis: *Wenn zwey Eheleute ſich nach Ordnung der Heil. Chriſtlichen Kirchen verehlichen und eines vor dem andern* ohne Leibes-Erben *verſtirbet*, *ſo* vererbet *eines dem andern* das Gut *ſo ſie* sämtlich gehabt *und* beſeſſen haben, *alſo daſs die* letzte Perſon, *ſo beym Leben bleibet*, des Verſtorbenen Freunden keine Theilung geben darf *(m)*.

Eodem iure vtuntur Frankenhuſani,

Apud Frankenhuſanos etiam vſum parœmiæ noſtræ in viridi eſſe obſeruantia ex eorum ſtatutis intelligitur. Quibus cautum eſt *(n)*: *Kommen zwo ledige Perſonen*, *Geſell oder Magd*, *Frau*

Unſere Unterthanen in mehr bemeldten Unſern Fürſtenthum einiger Unterſcheid gemachet, ſondern ſie darunter vielmehr alle gleich gehalten vverden, geſtalt vvir dann auch zugleich hiemit ſovvohl Unſern höhern collegiis *als Cantzler und Rathen, ingleichen Unſerm Hof-Richter und Aſſeſſoren, dann Unſers Fürſtl.* Conſiſtorii Directori *und Rathen, als auch Unſern reſpective Land-Droſten, Ober-Hauptmann, Amts-Rathen, Gerichts-Herrn, Ober-und Beamten, auch Magiſtraten in denen Stadten und andern Gerichts-Haltern gnadigſt anbefehlen, ſich demnachſt hiernach alſo zu richten und die* in puncto mutuæ ſucceſſionis coniugum *ſovvohl ietzo als künfftig für ihnen zu Recht ſchvvebende Streit-Sachen, ohne Verſtattung einiger Weitlaufftigkeit und ohnnöthiger Proceſſe, ſo fort zu decidiren uud zu entſcheiden, auch ſich darunter dieſer Unſerer Landesfürſtl.* Conſtitution *gehorſam und gemaſs zu bezeigen. Uhrkundlich haben Wir ſelbige eigenhandig unterſchrieben, mit Unſern Fürſtl. Secret wiſſentlich bedrucken und zu manniglichen Wiſſenſchafft in offenen Druck publiciren laſſen. So geſchehen und Geben in Unſerer Feſtung Wolffenbüttel den 26. Auguſt. 1689.*

(L.S.)

(k) MVLLER *Reſol. March. XC.* *(l) In* PERILL. MYLII *Corp. Conſt. March. P. II. S. I. N. 3.* *(m)* HOFFMANN *diſſ. ad Conſt.* IOACHIMI *I. Electoris de ſucceſſionibus p. 9.* vbi idem reſponſo illuſtrat *N. V. p. 3.* *(n) L. III. art. 38.* BODINI *diſſ. de Collat. Iur. Rom. & Statutarii Franckenhuſani*

Frau oder Mann, *die keine Kinder haben*, *zuſammen*, *ſtirbet darnach eines* ohne Kinder, *was ſie denn an Gelde*, *Hauſs-Geräthe*, *fahrender Haab*, *unbeweglichen Gütern*, *nichts ausgeſchloſſen*, erarbeitet, erzeuget, erkaufft, erworben, *oder* eröbert *haben*, *das* behält *der lebendige Ehegatte* erblich, ohne einige Einſage der verſtorbenen Freundſchafft. *Doch da der Verſtorbene* Vater, Mutter, Groſs-Vater *&c. nach ſich lieſſe*, *dem ſoll die gebührliche* Legitima, *das iſt dieſes Falls der* dritte Theil, doch nicht ehe, der andere Ehe-Gatte ſey auch todt, *folgen*. In terris Anhaltinis multorum locorum moribus idem obtinuiſſe & ſuperſtitem, etiam liberis exiſtentibus, vniuerſa bona ſibi retinuiſſe ſupra *(o)* obſeruauimus.

§. VII. Apud Francofurtenſes etiam ſtatutis *(p)* ſancitum eſt, vt bona omnia conſtante matrimonio adquiſita, deficentibus liberis, pleno iure coniugi ſuperſtiti relinquantur. *So viel dann die Succeſſion und Erbſchafft ſolcher in ſtehender Ehe* erzeugten Güter *belangt*, *ſo ordnen und ſetzen Wir*, *daſs* dieſelben, *ſie ſeyen gleich liegend oder fahrend*, *dem* letztlebenden Ehe-Gemæcht, *im Fall da* keine Kinder *vorhanden*, eigenthümlich *ſollen zu gefallen ſeyn und bleiben*. Iure Leodicenſi non quidem ſcripto, ſed non ſcripto ius antiquum Germanorum ſanĉte colitur, vt, non extantibus liberis, ſoluto matrimonio ſolidum omnium bonorum dominium marito ſuperſtiti, vel, hoc defunĉto, vxori cedat, non iure quodam hereditario, ſed communionis, quod rerum conſtante matrimonio a coniugibus poſſeſſarum dominium indiuiſum penes coniuges adfuerit, quod mortuo alterutro *ſolitarie* ſuperſtes continuat *(q)*. Francofurtenſes & Leodicenſes.

§. VIII. Nullus dubito, quin etiam in aliis locis *(r)* ſuperſint Immo ſuperſunt etiam alibi veteris moris reliquiæ.

ſani circa ſucceſſ. coniugum ab inteſtato Th. IX. ſeq. (*o*) §. *IV. n.b.* (*p*) *Reformat. P. V T. V. §. 9.* (*q*) CAR. de MEAN *T. I. Obſ. 51. n. 1. & Obſ. 110. Dn.* BOEHMER *cit. diſſ.* §. *XIII.* (*r*) Inde recte coniicit *Dn.* BOEHMER *l. c.* §. *XVIII.* apud Hamburgenſes idem ius obtinuiſſe olim, paulo poſt immutatum & ad Iuris Rom. principia flexum, quod fauet in ſucceſſione ſanguini defunĉti, parum autem coniugi ſuperſtiti proſpicit. Nam

circa

ſint veteris iuris reliquiæ in reciproca coniugum ſucceſſione deficientibus liberis. Id vero ſæpius diſceptatum fuit, an ſuperſtes coniux excludat defuncti adſcendentes? Quod negant plerique. *Non dubito*, inquit STRYKIVS *(ſ)*, *conſuetudine induci poſſe, vt aſcendentes a ſuperſtite coniuge excludi poſſint, etiam quoad legitimam, quæ ſine dubio in parentibus tantum iuris poſitiui eſt, & hinc contraria lege vel conſuetudine tolli poteſt. Sed an probata excluſione*

Dubium tamen, an coniux ſuperſtes excludat defuncti parentes? In quo leges moresque variant.

circa medium ſeculi decimi ſexti, actis Witembergam a ſenatu Hamburgenſi miſſis, pronunciauit SCHVRPFIVS *Cent. II. Conſ. 19.* hanc conſuetudinem legitime probatam non eſſe. Volebat enim vidua probare per teſtes *dat ſeit* X. XX. XXX. XL. L. C. *Jahr alſo es niemandt anderſch gedengket in der Stadt Hamburg ein edle, lange hergebrachte Gebrugk und Gevvohnheit, ſtetes, unverbrocken, unverrugklichen gevveſen und noch iſt, vvenn zvvey Perſonen ſich vorehligken und in dem erſten Ehſtande ſamtligken leven und zvviſchen ine beiden nevve ſonderligke Pact, Convention und vordrachte der erfolgunge up gericht und gemaket, vvann es ein von den ſulffen Ehluden, Mann odder Fraue, ſunder Lives-Erven, Teſtament oder letzſten Wellen todlichen vorfallet, denn ſo is die over ander levendige, Mann oder Frue ſines verſtorven ehligken Gemale und gaden Erve und Erfneme und heſt die gelaten Erffſchap und Erflichken Gutere des verſtorven* für allen anderen Perſonen *beerffet, genohmen und behalden, ock ietzunt vvenn die Fahl qveme Bearnede, nehme und behilde.* Id vero probatum eſſe negabat SCHVRPFIVS, quia teſtes quidem adfirmauerint, coniugi improli ſucceſſiſſe ſuperſtitem, ſed adiecerint, ſe neſcire, an coniux defunctus cum teſtamento vel ſine teſtamento deceſſerit, igitur præſumendum eſſe putat, bona defunctorum coniugum deueniſſe ad ſuperſtites vel iure teſtati, vel ex pactis dotalitiis, cum ab inteſtato de iure communi coniux ſuperſtes non ſuccedat coniugi defuncto extantibus conſanguineis eius *l. 1. C. Vnde vir & vx.* Addit deinde, quod, etiamſi clare probatum eſſet, olim conſuetudinem iſtam viguiſſe in vrbe Hamburgenſi, tamen manifeſtum eſſe ex aduerſarii probationibus, eam iam per quinquaginta annos, immo plures per non vſum radicitus fuiſſe ſublatam & ad ius commune reditum. Nemo non videt, circa finem ſeculi decimi quinti migraſſe Hamburgenſes vetuſtos mores eosque flexiſſe ad principia Iuris Romani, quibus totus immerſus SCHVRPFIVS Iuris Germanici rationes prorſus neglexit, vel potius bona fide ignorauit. *(ſ) De S. A. I. l. c. §. XVIII.*

ſione collateralium, *etiam probata ſit excluſio aſcendentium de hoc dubito. His iura legitimam aſſignarunt*, *non collateralibus. Itaque non credendum*, *generali collateralium appellatione venire illos*, *qui meliori collateralibus iure vtuntur. Specifica ergo conſuetudinis probatione opus erit.* Eamdem ſententiam tuetur CELEB. BILDERBECK *(t)* cum caſus de legitima in lege omiſſus ſupplendus ſit ex iure communi & legitima liberis & parentibus ne quidem ſtatuto adimi poſſit. Sed ſicuti ſtatuta, quæ repetunt confirmantque patrias leges & conſuetudines, ex domeſtico iure interpretanda ſunt; ita plane erroneum eſt, legitimam ſtatuto adimi non poſſe, cum iure naturali poſt mortem obligari poſſit nemo. Ego itaque certiſſime perſuaſum habeo, moribus & inſtitutis Germanorum parentes defuncti coniugis ab omni ſucceſſione in bona communi coniugum labore reique familiaris cura adquiſita fuiſſe excluſos. Falluntenim & falluntur, qui coniugem ſuperſtitem ab inteſtato ſuccedere putant defuncto, cum potius *ſolitarie* continuet dominium, quod conſtante matrimonio indiuiſum fuit penes vtrumque. Alteri itaque non ſuccedit qui ſuum retinet. Quid proinde mirum, in ſtatutis antiquioribus nullam parentum defuncti coniugis fieri mentionem. Sic in ſtatuto Saltzwedelenſi expreſſe dicitur, *daß die letzte Perſon*, *ſo beym Leben bleibet*, *des* des Verſtorbenen Freunden *keine Theilung geben darf (u).* Cum quo conueniunt iura Frankofurtana & Cellenſia *(x).* Sed ſenatus Cellenſis anno cIↄ Iↄc LXXX pronunciauit, *daß des bekl. verſtorbenen Frauen annoch lebenden Vater* Hoier *Brand aus deſſen Verlaſſenſchafft die in denen Rechten denen Eltern determinirte legitima gebühre.* Quam ſententiam interpoſita appellatione confirmauit regimen *(y).* Idem conſtitutione principali ſancitum eſt in ducatu Guelpherbytano *(z).* Quod fluxit ex erroneo principio, ſtatuta ex iure communi

(*t*) In doctiſſimis notis *ad Ius Ciuit. Cellenſ. p. 45.*

(*u*) *Supra §. VI.*

(*x*) *§ V VII.*

(*y*) *Celeb* BILDERBEK *l. c. Adi. ſub K. p. 81.*

(*z*) *§. V. n. 1.*

Digitized by Google

ni ſupplenda & iniquum eſſe parentes priuari legitima. Vnde etiam in ſtatuto Frankenhuſano additur: *doch da der Verſtorbene Vater, Mutter, Groß-Vater nach ſich lieſſe, dem ſoll die gebührliche legitima das iſt dieſesfalls der dritte Theil, doch nicht ehe, der andere Ehe-Gatte ſey auch todt, folgen (a).* Vbi id ſingulare eſt, quod coniugi ſuperſtiti vſusfructus legitimæ ad dies vitæ relinqui debeat. Proculdubio ſtatutorum auctores mediam ſententiam eligendam eſſe crediderunt, vt coniux ſuperſtes vniuerſis bonis viuus fruatur & tamen ſalua ſit parentibus defuncti legitima.

Concluſio.

§. VIIII. Et hæc dixiſſe ſufficiant de parœmia antiquiſſimis temporibus iam vſitata *der letzte thut die Thür zu*, ad oſtendendum ampliſſimum Iuris Germanici vſum, quod non habet oſores, niſi ignorantes, quodque docere conſtitui ſemeſtri hiberno in gratiam eorum, qui flagrant amore diſcendi iuris patrii turpeque eſſe credunt Germano ius, in quo verſatur, ignorare. P. P. in Fridericiana Kalend. Octobr. A. O. R. cIↃ IↃcc xxxxi.

(a) §. VI.

VA 1 1522726

Digitized by Google